DE

ANIMI FORTITUDINE

DISSERTATIO INAUGURALIS

PHILOSOPHICO - MEDICÀ

QUAM

IN PERVETUSTA AC CELEBERRIMA

UNIVERSITATE PATAVINA

AD

LAUREAM MEDICAM

OBTINENDAM

OFFERT

JOANNES BAPTISTA VIMENA

ITALUS CENETENSIS



PATAVII

TYPIS SEMINARII

MDCCCXXXVII.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

BERNARDO SQUARCINA

EPISCOPO CENETENSI

Quoniam jubeor ad medicam lauream adsequendam dissertatiunculam aliquam in lucem edere, placet eam Tibi, praestantissime Antistes, obsequenter dicare. Excipias benevole ingenii

mei hoc qualiscumque specimen, amplissimum veluti erga Te observantiae et grati animi argumentum. Quod si pro insigni tua liberalitate atque benevolentia mihi detur, nil ultra requiram.

Obsequii ergo

JOANNES BAPTISTA VIMENA.



Ex malo imminente nascitur metus:
Fortitudo itaque metum moderatur.
Wolfius.

Si dubitari non potest medicam artem cunctas philosophicas scientias amplecti, et ab omnibus perutiles cognitiones acquirere ob opus humanae salutis conservationis: qualis pars perutilis esse non debet in medica arte scientia moralium facultatum, studium essentiae hominis? pars quidem nobilissima hujus entis adeo divinae sapientiae praedilecti, pars quae illum magis magisque ad ipsam assimilat!

Medicus qui adeo sese corporis rebus dat, qui inquirit ob ejus conservationem remedia, ut illud in pristinam sanitatem, si morbo laborat, restituat, quomodo pulcritudinem animae, relationes et commercium, quod cum corpore tenet, oblivisci potest?

Medici est plane hominis cognoscere naturam, quam sibi in animo ponit praeservare, ac morbis sanare; atque haec plena cognitio non inquirenda est in organa materialia corporis, sed in

animam. Caveat autem medicus ne intelligat inquirere animae aegritudines: haec est spiritus purus, ens nulla materia constans, immortale, nec aliud esse potest praeter rudissimus materialismus, aut stultissima contradictio, quae in anima aegritudines valeat invenire. Aegrotum cum dicimus, perturbatum hominem intelligimus, et non extant quam corpora perturbationes suscitantia, quae in morbos incidant: aegrotum cum dicimus, intelligimus in ipso exorganisationem, mortem suscitantem; quis ergo non videat quam impia hujusmodi definitio sit atque absurda? Ens materia carens, immortale, suscitans aegritudines, mortem? Proh! quam ratione absonum et detestabile! Anima per se ipsa non potest medici studiorum subjectum esse: id ad medicam artem spectare non potest; sed tantum, ut dixi, commercium et relationes, quas cunctae hujus spiritualis entis facultates in corpus exercent. Medicus tamen factis stet: absit ab eo idea rationem explicandi, qua utitur anima in corpus existens: quaeque hypothesis ad hujusmodi mysterium explanandum ridicula evaderet. Quomodo spiritus in corpus agat, quis petere audet? Satis est cognoscere ipsam agere, et diversi voluntatis motus satis superque id evincunt. Neminem latet quam spiritus interdum terreat virorum corpus qui ingenio, scien-

tia atque doctrina fulgent. Somnia, imaginationis aberrationes sunt illa habita inventa signa perfectionis intellectus hominis, quoad formam, configurationem et physicam dispositionem in corporis organa. Elevata cognitio physicarum aegritudinum nobis viam patefacit ad cupiditatum theoriam. His circumdatus philosophicus medicus hominem cognoscere debet; cunctas ejus rationes et conditiones investigare, prosperitate elatum vel adversitate fractum, continentem atque dissolutum, incolumem aegrotumque perspicere; animadvertere ac perpendere debet quidquid eum deprimit, vel ejus animum excitat, ac molestiis aut consolationibus afficit. Quam maxime amplum prae vitae cursu est hujusmodi studium! quis non videt? At vir virtute insignitus animo ne cadere potest? Nequaquam, secus talis non amplius esset. Medicus, cujus proprium est semper hac nobilissima facultate aegros animo erigere, poterit artem exercere quin in eo totus sit, ut plane dignoscat, quae rerum objecta prae oculis habere debeat, quae erga miseros illam excitare possunt? De animi fortitudine sermonem instituo. Hujusmodi nobilis sensus quam maxime interest homini, quocumque in loco sit; numquam vero ab aegro homine remitti potest, »calamitosus est animus futuri an»xius, et ante miserias miser, » ait Seneca. Quo-

modo vero hujus cognitio explanet medico difficultates, ut in animae humanae studium progrediatur, videbimus si aliquo modo describere valeo. Ex his omnibus nonnullae divisiones hujusmodi tractatus secuturae essent, quae omnes assiduam operam atque laborem requirunt, quod brevitas et temporis et argumenti non mihi fusius agere concedit. Quare haec tantum in medium afferam, quid pro *animi fortitudine* intelligi debeat, quam utilis aegroto sit, quibus in morbis necessaria, quid sit quod tollat, e quibus derivetur fontibus, ac commercium quod tenet cum ceteris humanae animae potentiis.

Nihil facilius est perfectam *animi fortitudinis* definitionem exponere, et probabile est in aliquam hujusmodi cupiditatum, quibus circumdatur, incurrere: quod si incidit, nunquam vero splendore fulget. Appellabant Graeci *virilitatem,* cum hominum fibrae et musculi firmiores sint quam feminarum: a physico ad morale gradus factus est, et animi vigor *virtus* nuncupatus est. Sic fecerunt Latini, qui *fortes* appellabant, animosos et robustos, et *fortitudinem,* animi magnitudinem; at retinebant Graecorum ideam, ideoque Romani *viri estote* exclamabant, et intelligebant, animosi et robusti estote. Non mihi tamen videtur de animi fortitudine veram haberi ideam, et ego meliori ratione, nec magis

stricte plane definire scirem, quam his verbis: „Animi fortitudo est illa animi facultas, quae „vera a falsis, patentia ab apparentibus pericu-„lis distinguit, quae mentem ab omni animi cu-„piditate exuit, et frigidam periculorum et virium „ratiocinatricem, perpendit in omni cum cor-„pore existente commercio, et praesefert media „ad fugienda si insuperabilia, illis obstanda si „vincibilia, ad sufferenda si inevitabilia„. Est igitur *animi fortitudo* filia rationis et reflexionis, prudentiae et constantiae, virtutis et gloriae amoris. Ejus defectus pavorem ac tremorem, debilitatem, animi defectionem et ignaviam promovebit, quemadmodum ab excessu audacia, impudentia, enthusiasmus et immoderatus belli amor orirentur.

Animi fortitudo habita est communiter naturae gratia, cui non obsto; atque e definitione quam dedi, deducitur, educationem, habitudinem et reflexionem ad illam excitandam valere. Quamplurimi individui eodem morbo laborantes non omnes pariter iisdem animi afflictionibus afficiuntur, non omnes pariter conqueruntur, qui pavet et agitatur, qui suffert et sese subjicit; et hoc dependere debet ab habitudine sustinendi tolerandique incommoda: „Arrischie-„rei a scommettere, ait Genovesi, che Ciro „avrebbe potuto essere un Sardanapalo, e Sar-

»danapalo un Ciro se si fossero scambiate l'e-
»ducazioni. Egli è il vero che non è possibile di
»far aste delle gramigne, nè d'una zucca fare
»un cocomero, non essendo possibile di rifare
»la prima costituzione de' corpi: pur si può far
»loro acquistare un grado di fermezza che non
»avevano. E così tempransi per arte i ferri».

Celeber quidam italus medicus, Joseph Pasta, dicebat: animi fortitudo est in morali, quod in mundo physico est motus. Hic creat, ad nihilum redigit, conservat, ita ut absque ipso motu omnia mortua sint. Sic agit in nobis *animi fortitudo,* sed sub his diversis relationibus diversisque effectibus cunctas actiones cum corpore existente communicat; illa malorum molestiam mitigat, imperturbabiles, tolerantes, patientes in expectatione nos reddit; efficit ut medici praescriptionibus pareamus, fidem infundit et spem, quae augent, ut ita dicam, remediis vim. Fervidus Zimmermann sic se exprimit: »Le bel-
»le speranze ch'io mi formo al letto del malato
»quando veggo brillare in lui qualche raggio di
»gioja non sono sempre fallaci. Tutto si unisce
»a sostenere il malato fino all'orlo del sepolcro,
»quando lo spirito ha forze bastanti per reggersi
»nelle calamità del corpo»; et pulcre se exprimit dicendo: »quando ha forze bastanti», quoniam haud raro evenit nonnullos individuos

perspicere in quibus memoria, judicium, aut imaginatio aberravit. Vos vero frustra laboratis, si velitis, hujusmodi aegrum animum ad aliquid intendere, ille aures vobis non praebet, non vos intelligit, quod petit, obliviscitur; quod si respondet, summa ignavia id facit, et raro ejus responsum adaequatum est, ejus effigies impassibilis, intuitus distracti, physiognomia indifferens, stupida.

At hic paulum animadvertendum est utrum commercium inter corpus et animam, et animam inter et corpus semper idem sit; nam tunc exoriretur quaestio: nempe corpus, cum in animam absolutam potestatem habeat, nunquam aegrotare, quin *animi fortitudo* deficiat; ideoque hujusmodi praerogativam inveniri non posse, quam in corpore sano, forti, robusto. Sed factis ostendemus utriusque facultatem, non semper inter se tali commercio connecti, ut nec mutari, nec impressionibus affici queat. Nos inter homines firma salute, herculea fortitudine praemunitos, vitam agimus, qui fato resistere, atque ut ita dicam, illud vincere videntur, donec sors propitia arridet; at si haec paulisper deficit, adeo animo despondent, ut viles, pusillanimes omnia metuant. Divitiarum jacturam defectumque commoditatum, mollitiei extimescentes, in morbos incidunt; audientes bellum undique ferri, con-

tremiscunt; terremotus eos concutit, quamvis tantum ab aliis enarrari audissent. Pestis heu! adeo eos conturbat, ut extra se rapiantur, et eam expectare potius quam effugere videantur. Fulgur, tonitru, cometa, eclipsis, narratio spiritus qui in noctis umbris apparet, eorum animum perturbare valent; pavidi et aegre equum conscendunt; canis illis videtur hydrophobus, et putant a parvo mure devorari. Cum navem conscendunt, cuncta pericula quae evenire possunt, oculis praeseferunt, et sola moti maris cogitatio excitat morbum. Nihilo tamen secius integerrima corporis sanitate perfruuntur.... sanitate perfruuntur? Tales vere dijudicandi sunt? At aures quoque Zimmermann praebeamus: » La terra » sembra un deserto all'uomo quando i suoi nervi sono allentati. Ma la campagna smaltasi per » lui di fiori, per lui brilla il sole, per lui eccheggiano i boschi del canto degli augelli, sì tosto » che i suoi nervi sentono una forza passaggera. » A parlare propriamente, allora solo può egli » dirsi sano, che la ragione imperando sopra » l'immaginazione tutto gli presenta nella sua » vera luce ».

At revertens ad eos, de quibus egimus, si sint morbo affecti, jure dici potest vix rationis sensu praeditos esse; parva punctura, sanguinis missio, medicinae amaritudines, ademptio suavis ci-

bi solatiique, eos frangit; malum sustinent, et animum non habent hujusmodi nugis obsistere; morbi qui saepe saepius phantasiae erant, reales patent, tristitia opprimuntur affectioneque hypochondriaca, et metuendo vitae spatium imminuunt.

Contra quot casus non conspicimus ubi anima minime corpori subjecta est, sed semper firma atque serena in patiendis tormentis stat, infortuniis miserandis ac periculosissimis morbis obruta, et atrocissimis vexata doloribus e vita discedit? Philosophia nobis praebet Stoicos, Religio martyres, omne hominum genus heroas imperterritos habet, quorum animi firmitas contemnit aspernaturque physicum malum. Demonstratum est igitur animam non sufferre corporis mala, quin etiam sensationes corporis temperare, vincere, cohibere potest.

At quis est, qui medica in arte versatus, non clare perspiciat, quamplurimos corporis morbos ex animo oriri, et non pristinam salutem acquirere nisi afflictum moerore animum erigant? Patet ergo, animum esse corpori solamen, quacumque tristitia vexatum sit. At hoc solamen unde oriri potest, nisi a firmitate animique magnitudine? Quapropter nec timemus, nec affligimur; vel affligimur quin consternemur. Talis est animi fortitudo.

Videtur animi virilitas conferri cum animi cupiditate qua praecincti sumus: id demonstrant heroum facta, qui nunc gloriae cupiditate, nunc foenore, aemulatione, quemadmodum, et scientiis ducti sunt. Quam animi firmitatem non excitare debet conservatio existentiae, salutis, vitae? Negari non potest id quod magis magisque deprimit humani animi firmitatem, mortis esse imaginationem. Qui sibi in animo constituit hoc in mundo vitam agere ejusque bonis perfrui, quin cogitationem ad futurum intendat, illi nulla magis teterrima reminiscentia praesefert, quam imago mortis, nec adeo crudelis hostis adest, nec intolerabilior sensuali vitae hominis, qui ad aeternam beatitudinem creatus est. Haec illi in mentem revocat, sensuali vitae cupiditati finem ponere, aeternum postea supplicium expectare. Equidem vero mors pavorem terroremque excitat... non tamen sagaci, virtuoso. Debet ille quoque hanc vitam amare, nam secus fons miseriae esset tristitiaeque. » La morte, il confesso, ait » elegantissimus Bartoli, non è in verità un' E- » lena, da potersi per quantunque vi si adoperi » di colori e d' arte effigiar punto bella e appeti- » bile agli occhi della natura »; at quid juvat eam pavere? Philosophus ex hac quoque utilitatem capere debet, et sibi in animo ponere, quam minoris facienda sint prae caelestibus terrena bona.

Vobis iterum prae oculis pono Bartoli: » Vi è » certa generazione d'erbe salvatiche, per così » dire rusticane alle fattezze, all'abito, ruvide, » irsute, spinose; al vederle, al toccarle spiacenti; » ma perchè salutifere, pregiate in gran manie» ra, e cerche come tesori di sanità, ciò che non » avviene nei fiori, tutto il cui buono è il bello ». Audiamus etiam Genovesi. » Se sappiamo di es» ser nati mortali fia una novità il dover morire? » si muore, o temiamo, o no: sarà dunque un » guadagno morire da coraggiosi. È un errore » il credere, che il solo discioglimento dell'ani» ma dal corpo sia un dolor fisico, essendovi po» chi, o niuno, che dove muojono di morte na» turale, accorgansi di morire. Non si muore » quando si sente che si muore. È un'ignoranza » lo stimare, che il pensiero di dover lasciare i » beni di quaggiù che amiamo, accompagni il » punto del morire. Si muore a poco a poco, e » come i sensi esterni s'indeboliscono per gra» di, così l'interno, nel quale sono l'immagini » delle cose di questa vita. Si può morire con » un senso di piacere, e sarebbe quello della co» scienza di essere stato virtuoso e giusto, e di » morire colla gloria d'intrepidezza. Finalmen» te un uomo di spirito e virtuoso sa che il mo» rire . . . . è il fin d'una prigione oscura ».

Mali etiam timor, causa est amittendi ani-

mum. Quot heu mala excitat pavor! Debilitat pulsum, irregularem atque intermittentem reddit, et adeo circulationem immutat, ut interdum sanguis e vase aperto effluat. Secretiones evenire videmus menstruorum, lactis, transpirationis, et consequuntur syncope, dejectiones, clorosis, hysterismus, obstructiones, indigestiones, flatus, paralyses, epilepsia, et etiam subitanea mors: conspicitur denique interdum malum quod timebatur, reale evenire, non ob aliam causam, nisi ob timorem. Quod si hujusmodi mala in hominem sanum excitat, quanto magis aerumnosus aegroto erit? Hypochondriaci qui sermonem semper instituunt de malis suis, qui attente perlegunt cuncta fere volumina ad medicam artem spectantia, morbis se infectos esse putant, quorum descriptio illis in libris patet; in sibimetipsis cuncta signa imaginabilia inveniunt, et medico narrant illo morbo vexari, quem postremo legerunt, aut in aliis conspexerunt, aut intellexerunt. Nos vero animadvertamus cum mors parturientem ex hac vita abripit, aliae hanc sequuntur, et epidemia fit; nec sese fefellit Buchan dicens: hoc triste eventum constare a pavore subeundi eamdem sortem, quam gravidae subierunt, ac cum deficiat necessarius animi vigor, partu facillime pereundi.

Pestilentiae temporibus, quot homines timore

moriuntur! quam facultatem et medicus et medicinae habere possunt? nam cum aegro dantur auxilia, conteritur lugubri sonitu aeris qui mortem sui similis annunciat, qui eodem morbo quo ipse laborat, victima cecidit. Quod si medicus promptus non est miserum hominem spe salutis recreare, et si spes statim animi fortitudinem non excitat, videbitur morte mori.

Tristitia quoque animi vigorem tollit, et recte appello *surdam limam* quae corpus spiritumque paulatim corrodit, et malam indolem in eandem naturam imprimit. Postulat ne homo propitiis perfrui eventis, sortem sibi arridere, infirmitate non opprimi? Est animi abjectio sortis inferioris esse: quid juvat moerore excruciari? id malum iterum iterumque multiplicat, nam nobis constat ob tristitiam nec cibum perfici posse, spiritus nervosque debiles, humores corruptos, oriri scorbuticos et putridos morbos. Ex Hippocratis operibus didicimus, tristitiam in epilepsiam facile transire.

Timiditas aut pusillanimitas est quoque malum quod ex animi defectu pendet. Quam perniciosa sit, quam frequens, unicuique patet. Illa entia, quae in mala inciderunt, et haec pudore patefacere medico nesciunt, causa timoris suum statum demonstrandi, ab animi timiditate vitiorum flagellum sufferunt. Vitiosus est animi vi-

gor propter quem acutissimos dolores sustinet, nec illis vim praebet patefaciendi medico eorum martyria.

Quamplurimi porro sunt qui adeo a medicamentis abhorrent, ut solo intuitu ac imaginatione sentiant exasperari mala, et quin experiantur, sint nec ne amara, irremovibiles rejiciunt. Ad animi tantum fortitudinem spectat sublevare hujusmodi aerumnosas nugas.

Ad aegritudines expellendas requiritur laudabilis actionum collectio omnium corporis systematum, et haec collectio semper imperfecta erit, si ab animo non accipiet cooperantem influxum. At ego hactenus illas animi affectiones demonstravi, quae virilitatem seu vigorem imminuunt; nunc vero quomodo aliae eumdem excitent atque exerceant, demonstrabo.

Cunctae hominis actiones a ratione rectae ad voluptates percipiendas fugiendumque dolorem tendunt; prudentia in una aut altera intentione dux esse debet. Illa docet malis mederi, et sese subjicere medicis legibus, chirurgicis operationibus; est denique in homine infirmo vera animi motrix.

Spes, illa dulcis affectio, quae tam facile exoritur, quae tam raro relinquit, quae sola se animi comitem fidum praebet, tranquillissima cupiditatum, roborat spiritum, et quidem excitat ani-

mi vigorem. Medicus semper secum teneat, quia nunquam perniciosa esse potest. Si malum leve est, facilius hominem in pristinam reddet salutem; si nulla spes adest salutis, si e vita discedere debet, tantum levamen ille miser non sibi detrahat, ut a perpetua mortis contemplatione tollat, et animum adjungat ad extremos dolores invicte sufferendos.

Existimatione qua apud aegrotum medicus gaudet, interdum sufficit ad animum excitandum. Medicus quoque sagax plurimi aestimare debet hanc facultatem qua gaudet, ac utilitatem trahere, aegrotum benevolentia amplectendo, eique studendo. Otium, somnum, voluptates spernere debet medicus, ut levamen miseris aegrotantibus ferat; perspicere infirmi ingenium, quoad omnes ejus effectus, et hos quoad causas; sese continere debet, cum inutilis sermo sit; nobilibus sensibus persuadentique eloquentia in suum aegroti audientis animum inducere. » Si sa finalmente, ait Zimmermann, quanto valga un medico, che allevato in seno alle Muse, pieno di » sentimento per tutto ciò che havvi di bello e » di grande, possa ad un bisogno con la sua dilettosa eloquenza inspirar coraggio, e con tutte » le arti d'una bella immaginazione recare altrui » la serenità e la gioja ». Hac ratione ille facillime infirmo persuadebit, eumque evincet, et suis

praeceptis constanti animo submittet. Hic medicus imperterritus sese ostendere debet quamvis periculis circumdatus, physiognomia nullam suspicionem injiciente: attentum, sollicitum, in patientis necessitatibus se praebendo, et, si fieri potest in seligendis medicamentis obsequentem.

» La forza è il fondamento d'ogni virtù, e la » virtù è il retaggio di un essere debole per sua » natura, e forte per sua volontà ». Ergo etiam voluntas medium optimum est ad animum excitandum. Si aegrotus sibi in mente ponat firmam determinationem malorum cumulo obstare, debilis animi mollitiem putet conqueri; firmiter constanterque dolores sufferre et regimini submitti, nonne tenendum est vitalium instrumentorum vibrabilitatem hujusmodi media excitatura, et ad animum remittendum valere? At revocemus, quomodo haec facultas definita sit, et reflexio nobis patefaciet, qui hanc voluntatem sentit, habere quoque debere fontes animi virilitatem constituentes. Ait Zimmermann. »Ho » conosciuto degli uomini dotati d'un sentimen» to talmente dilicato in tutte le circostanze della » vita, che il più delle volte esso diventava per » loro un vero tormento; eppure nei più feroci » attacchi della podagra si contentavano di mor» dere le lenzuola per nascondere la violenza dei » loro dolori ».

Qualis inexhaustus animi fons est Religio? Satis aperte demonstrat quod de mortis timore dixi; at quid pluris dici potest? Vir religiosus moderata atque proba utitur vivendi ratione, atque longe semper ab illis omnibus abest, ex quibus innumeri consequuntur morbi, mortemque ipsam depravato homini consciscunt. Animi tranquillitate perfruitur, spiritus exultatione, conscientiae cautione, mentis serenitate, affectu, cordis beatitudine: ideoque tranquille ac imperturbabiliter vivit quin vita corrupta sit; sustinet mala voluntatis conformatione, patienter, firmiter. Pulcra est illa sententia Senecae: » Gran » parte di salute si è l'avere abbandonati coloro » che ci esortavano all' insania ». Vera pietas nos docet animi magnitudine ad christianam virtutem spectante cunctas sufferre poenas, quae salutis viam obtegunt, confirmat animi firmitatem in patiendis afflictionibus spe evincendis ob media, quae praebere nobis natura potest, et praemio exornat, qui magis atque magis patientes, constanti ac religioso animi vigore sese muniunt.

At inter exteriora objecta quae animum infundunt, musica quidem excellit. Consideremus quam haec ars in homine sano valeat, quam augeat militum virtutem, ut sese mortis periculo objiciant, quam laetitiam afferat, et afflictionum

obliviscatur; nec minus valet in aegrotis. Varietate multiplicitateque numerorum auditus nervos irritat, et fibras communis sensorii; in aegroti animam varios effectus expergefacit, cum interim partes lacessitae, et quae illis correspondent, ob stimulum vim resumunt, et hinc ordo eorum principiorum compositionum, qui necessarius est ad expellendum malum, quod ex irritatione nervorum oriatur. Igitur musica animum excitat, et per se ipsa morbum expellit.

Potus ferventes, stimulantes, opium, animum quoque addunt, hisque mediis optime utetur prudens medicus cum id requiratur morbus.

Nunc perpendamus quibus in morbis magis utilis sit, quibus indispensabilis. Nonnullos morbos absque pharmacorum auxilio sanabiles esse ait Hippocrates: »Bonum interdum est medica»mentum, nullum adhibere medicamentum»; et alii: »Medicus curat aegrotos, dum non curat». Aegroti qui facillime rationi cedunt hujusmodi veritatem sibi in animum inducunt; et prudentes medici quo magis experti, eo minus liberales sunt, et quam maxime optimis utuntur consiliis mediisque ad vigorem excitandum aptis. Inprimisque chronici morbi in medium veniunt, ob quos paulatim corpus destruitur, spiritus tabescit. Veh illi cui deficit animus! malum augebitur, et in desperationem reducetur. Ex his qui-

dem morbis extant tristissimi, at tamen salubres, ac ad sanandum periculosi, quemadmodum mala interiora, haemorrhoides, inveterata ulcera, nonnullae haemorrhagiae, diarrhoeae, vomitus, gonorrhoeae, flores albi, podagra et alii hujusmodi; pro quibus nullum remedium adhiberi potest quam patientia et animi vigor in iisdem perferendis.

Qui casu aliquem sensum aut membrum amiserunt, ipsis animi vigor imminuit miseriam. Quis illis magis indiget? Caeci, surdi, muti, quique membro aliquo destituti sunt, ob hanc facultatem amant cursum vitae.

Hypochondriacis plusquam ceteris animi vigor opus est. In quo hic morbus consistat, tenebris obvolvitur, et explanatur juxta temporum systemata. Frequentius creditur conjungi irritationem encephalico-chronicam cum irritatione gastrica ejusdem typi. Ira, pavor, tristitia; stomachi, capitis, ceterarumque partium inflatio, angustiae, flatus, eructationes, indigestiones, vomitus, vertigines, convulsiones, perturbationum maximarum causa sunt; et haec phaenomena tribuuntur commercio quod spiritum inter et materiam intercedit, quamvis lateant leges conditionesque. Mira sunt diversimoda symptomata quibus apparet talis morbus: diversis sub aspectibus accidit, ut longum esset enumerare;

tamen eorum intellectus liber, sanus, saepe acutissimus est, ideoque facile utilitatem habere possent quam animi fortitudo afferret; at contra tristes, afflicti, queruli, et magna admiratione ex hoc statu ad immoderatam laetitiam, quae vix orta evanescit; diffidentes sunt, debiles, iracundi, intractabiles, omnes qui adsunt, molestia afficiunt, in affectibus inconstantes, et praecipue sui amore exardescunt; omnia sibimetipsis referunt, non in id se re praestant quam quod utilitatem personalem praebet; mortem sibi imminere, aut saltem insanabili morbo se vexari putant; de propriis malis libenter loquuntur, eaque singulari modo exaggerant; medicos consulunt, et denique hujusmodi morbus appellatur medícinae opprobrium ac scandalum. At talis erit usque dum ad eum expellendum pharmaceutica media adhibeantur: hujusmodi tentamina non fiant, et melior erit exitus, iis tantum mediis adhibitis, quae in animum agunt, et vigorem excitant. Olim magni aestimabantur systemata medicinalia anthypochondriaca, quorum virtus falsa plerumque est; tamen ego quasi repugnans, quod supradixi, in eam adducerer sententiam, ut nulla fides eorum virtuti praestanda sit, cum fides, spes, aegroti animum expergefaciant. Et quid sibi in mentem induxit celeber Andrea Pasta, quam animi vigórem excitare iis verbis? »Per

» viaggiare con frutto chi è malato d'ipocondria » gli convien fingersi sano, anzi deve credere di » essere perfettamente sano, onde niun cibo o » bevanda, e niun' intemperie d'aria gli abbia a » dover nuocere; e deve incontrar con coraggio » checchessia, come i viandanti fanno e i gira- » mondi. E però non deve temere, ma ridersi » de'suoi flati, della stitichezza, de'capogiri, del- » le palpitazioni, delle vampe e di simili altri » ipocondriaci effetti, detestando fermamente o- » gni razza di pillole, di lattovarj, di polveri, di » tinture, di estratti, tuttochè decorati da fedi » autentiche di sperimentato valore ». Hoc quidem dicendum est de affectionibus hystericis; nam nonnulli opinantur ipsas affectiones hystericas quibus vexantur mulieres, idem ferme valere ac in hominibus hypochondriam. Sic dicendum de malis, quae oriuntur a retenta, vel impedita menstruatione; et de his sufficiat in medium iterum Pastam afferre. » Io non oso affermare » che i mali che nascono al muoversi de' men- » strui, e che spariscono poichè son mossi, o po- » co appresso, si abbiano a curare, o no; dirò » solamente che io sono solito di curargli, ma » non mica co' rimedj cavati dagli alberelli degli » speziali, nè tratti dal famoso fonte della ceru- » sìa, se non in caso che essi mali fossero intol- » lerabili e spietatissimi. Per verità in gioventù

»pativa pur io il mal prurito di prescrivere ri»medj, ed affoltava le semplici donne con op»piati, con tinture e bolliture amare, con pillole »di varie maniere, con estratti, con polveri, con »sali, con bagni, con fomenti, con suffumigi, »con cavate di sangue, con fregagioni, con cop»pette, con serviziali e simili altri provedimen»ti; ma poi in età avanzato ho cambiato meto»do di medicare, consistendo la nuova medica»tura nell' esortare le donne docili a sostenere »per poco tempo un male, che per solo uffizio »di natura perfettamente guarisce».

Quam necessaria sit illi qui phthisi laborat, facultas de qua pertractavimus, conspiciamus in extremo stadio hujusce consumptoris morbi: in lecto retentus, destitutus viribus, squallidus, macie confectus, oculis depressus ac demissus, ore transfiguratus, colore lividus, artubus assideratus ac frigidus et cuncta persona cadens, scheletrum horribile visu, umbra, phantasma tremorem injiciens, voce tenui, quae vix spiritum exhalat: tamen spe vivendi fruitur, haec refrigerium praebet in viriliter patiendis doloribus ut respiret, quin morbi timorem expertus sit.

At nimis longo sermone uterer si cunctos morbos perpendere velim, in quibus perutilis est animi fortitudo: podagra, icteritia, asthma, hydropisia, apoplexia, paralysis, epilepsia, morbi

cuncti diuturni ac tristissimi, ob quos medicus miseratione commovetur, qui saepe nihil aliud reperit quam hoc remedium in aegrotantium cor infundere. In morbis qui senectutem molestia afficiunt, ut vertigines, vigilia, surditas, debilitas membrorum, rheumata, amissio motus, tremor crurum, qui morbi incurabiles sunt, sola animi tranquillitate ac vigore fortior redditur infirmus. Genovesi ait. »In que' mali che la prudenza non »ha potuto evitargli o minorargli la pazienza e »fortezza è necessaria; perchè nell' impazienza »che i Latini filosoficamente chiamano *impoten-* »*tiam,* cioè debolezza, diventano maggiori e più »pesanti, e accrescono senza pro la somma dei »punti dolorosi e nojosi ».

Ego denique in hominis vita non invenio statum cui non opus sit animi vigor. Ipse philosophus, scientificus, melius se habet ex humoribus, indigestionibus, flatibus hypochondriacis, tardis febribus, si media quae animum excitant, amplectetur. Antonius Cocchi in sua epistola ait. »Io »mi sento molto incomodato da una molesta tos- »se, ma in qualunque stato io sono medico, cioè »sono abbastanza tollerante ed aspettante ».

Hic sub orationis finem sermonem convertam ad chirurgiam, in qua animi fortitudinem requiri, luce clarius innotescit. Operator si tanta virtute pollet, quanti faciendus erit, quam parvi

aestimandus qui ipsa careat? Patiens qui ipsi se totum dat, qui ejus ferris se subjicit, non cogi debet minis, at persuasus, deliberatus, animi firmitate excitus. Hic quoque est fons per quem invenitur homo fortitudine valens. Quoties non aspicimus patientem manum, brachium, pedem, coxendicem quam recidere cernit, quin clamorem extollat, extendere? Haec quidem heroica fortitudo non potest tantum a temperamento oriri, sed adest energica voluntas, virtuosa ferocia, filiae perspicuae reflexionis animique constantis. Ecquis ergo clare non perspicit quam haec facultas valeat in sanandis vulneribus? Concedo meritum non tenue experto chirurgo qui vulneris cicatricem connectit, qui dexteritate infracta ossa conjungit, in pristinum locum luxationem reddit, at quid prodest apparatus quam maxime industrius, si patiens non animo praeditus sit tolerandi, sese in loco apparato continendi? Sancassani in primo aphorismorum sic ait: »Chiunque vorrà ascrivere a se stesso la »gloria di aver sanata una ferita, ingannerà con »poco garbo se stesso, e chi gli crede mostran»dosi, se è cerusico, molto poco intendente del»l'arte ch'ei professa ».

Quod hactenus pertractavi, sufficiat ut necessitatem vastitatemque tanti argumenti demonstrem: et re quidem vera mihi videor non

melius pro viribus explanare viam potuisse, per quam in aegrotantium animum haec praerogativa et infunditur et constituitur; cum in ea Rostan sententia essem, maximam fortitudinem esse necessariam, ac animi inclinationes cohibere, ne impatientia ostendatur, et parvo numero homines sunt qui firmi constantesque patiuntur. At prudentes medici qui veras meas habent sententias, difficultates expellent, infirmis suadebunt animi virtutem ceteris praecellere, atque aptissimam esse morbo, quo laborant, obstando; quo magis morbi tristitia ac moerore homo afficitur, eo magis certum esse, brevi temporis spatio majori fortitudine praeditum esse debere; remedium quoque per se ipsum operans esse, et pharmacorum augere vim; et quamvis imminens sit mors, animi vigorem atque constantiam triumphos acturos esse de aeterna sepulchri nocte, fatumque aspernaturos. Denique cernet ipse medicus jure dixisse, studium de hujusmodi animi facultate sufficere in animae humanae studio progredi, et ob animi constantiam ceteras facultates efficaciores fieri, omnes amplecti, solam pro omnibus sufficere.

THESES DEFENDENDAE

I.

Animi fortitudo quolibet in morbo perutilis semper est.

II.

Medicus quo majori pollet experientia, eo minus in medicamentis praescribendis prodigus evadit.

III.

Pinguedo apparenter augescens haud semper signum est augmenti nutritionis.

IV.

Anatomia non est fundamentum medicae artis.

V.

Medicus ille qui ad unam solummodo medicam scientiam studium confert, dici vere non potest quod adjumento sit societati.

VI.

Contagiosa animalcula, quae aliquis conspexisse asserit, non ne opticae adparitiones forte esse possent?

VII.

Inutilis est medicamentorum divisio in mechanicam et dynamicam, si probari possit, quod reapse nullum ex utroque genere habeatur.

VIII.

Metus aut tarditas in causa esse potest, cur medicus primae opinioni quam audit, assentiri videatur.

IX.

Conamen cataractam sanandi absque operatione non est res nostrorum temporum propria.

X.

Hypochondriasis inter morbos chronicos cerebri et viarum digerentium est adscribenda.

XI.

Digestio vitiata frequentissime origo chronicorum morborum.

XII.

Diaphoretica praecipua rheumatum remedia.

XIII.

Temperamentum lymphaticum, et diathesis scrophulosa in pueris helminthiasis facile praebet elementum et genesim.

XIV.

Non dantur remedia nisi relativa.

XV.

In morbis inflammatoriis qui non attingunt organa profunda, fixumque limitem habent, evacuationes locales sang[illegible] plus quam generales proficiunt.